Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Brema

Braun, Georg

[Köln, [1572?]]

urn:nbn:de:gbv:45:1-289615

Visual Library

Landesbibliothek Oldenburg

A3. 329

mentario pulueri tundendo deſtinatæ, complures ex ordine hærent. Ex mercatura primarij in hac vrbe viuunt, vino carent, cereuiſiam proinde coquunt optimam, quæ in vicinas regiones defertur. Anno Chriſti M.D.LXIIII. florens Bremenſis Reip. ſtatus, inteſtina ſeditione grauiter læſus, priſtinę integritati nondũ abſolutè reſtitutus eſt. Eius controuerſiæ cauſas atq; initia, Ditmarus Kenckelus prudentiſſimus Bremenſium conſul eleganti ſcripto complexus eſt.

OLDENBVRGVM.

ALDENBVRGVM, vel ſecundum alios Oldenburgum, duplex inuenitur, vnum ex Holſatia Epiſcopatu inſigne, alterum in finibns Friſiæ. In hoc Holſatiæ Oldenburgo habitauerunt olim ſuæ gentis reguli, tantæ fiduciæ, vt Regi Danorum inferre bella, & inde exſpectare non dubitarent. Sed quid non edax conſumit vetuſtas? Olim ad mare poſita ciuitas, portum habebat tutiſſimum, nunc in mediterranea videtur abijſſe, quod à mari æſtus exaggerans arenas, excluſit vrbem à portu, vt importuoſa eſſet, indeque & per Sclauorum bella defluxit ſplendor eius, vt iam diu ruſticum, nec clauſum habeatur oppidulum. Præfuit ei Gotſcalcus, primùm tyrannus contra Chriſtianos, ſed conuerſus ad Chriſtum, infinitam Gentilium multitudinem ad baptiſmi gratiam pertraxit.

ALBERS 329
Kasten 0187
2344612
808/02

Landesbibliothek Oldenburg